

ad Karolum dicens. Cur ascendisti ad bellandum contra
 Quando quidem nec ex ceteris gentibus bellum est antiquo po-
 pulo penitus inferre preceptum. nisi pacem oblatam respici-
 erint. Reuertere queso pacifice in regnum tuum. et esto
 contentus glorie tue. et noli regnum nostrum regimine nostro iure
 hereditario deheredare morte tyrannice interdicere. et iura propin-
 quitatis que inter nos naturaliter existunt huiusmodi fac-
 tionibus violare. Memento etiam sacramentorum tuorum
 que patri meo non semel neque bis prestitisti. simulque conside-
 ra periculum christianis precibus. Si in hac pertinacia irreuocabilitate
 persistere uolueris. Istis; forsitan confidis in multitudine
 exercitus tui. quem deducere sis locum conduxisti. et ideo mo-
 uere delectat. Quare ergo non cogitas. quia apud omnem
 possibile non est liberare multos et in paucis. Refrena igitur
 animum tuum ab huiusmodi appetitu. quoniam ea que
 te peragere arbitraris. qualem exitum habeant penitus igno-
 ras. Sed cum ille his et aliis similibus rationabiliter
 conuentu nullomodo assensum prebere uoluisset. Simulata
 te auaritia. Hludouicus quadam nocte se subtraxit de
 castris et Reno flumine transito in castelle antequam eo
 sus confedit. Insuperque est perhibenda loca. omni parte
 exercitus illius ad colligenda equorum parua. Hinc uen-
 iterum nuncios ad Karolum destinauit pro pace inter
 eos componenda. At Karolus pacem simulans et fraude
 in corde meditans. se paci consenturum. et legatos ad Hludo-
 uicum missurum pro munus ut pace subdola falsitate pro-
 misit. In eadem enim nocte cum omni exercitu suo prope